

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Quibus Historia Ecclesiastica Wirtembergiæ Et Montispeligiardi, Productis Diversorum
Theologorum Joh. Brentii, Val. Vannii, Martini Frechti, Ægidii Hunnii, Joh. Assumi, Andr.
Osiandri, &c. literis ...

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845404

De Samuele de Hubero Bernate.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216299

set. Pari modo animum in opinione Cinglianâ obfirmârunt, Thomas Naogeorgus Pastor Stuttgardianus & Joh. Frisius, Superintendens-Göppingensis, diu satis tolerantiam experti, sed absque fructu emendationis. Quod idem Eusebio Clebero Memingæ & Tobiaë Rupio Lindaviæ remotionis causa fuit.

De Samuele de Hubero Bernate.

SAMUELEM HUBERUM monstri quid alere jam ante digressum ejus in Saxoniam nasutionibus subolebat, id quod è literis Ægid. Hunnii infra exhibitis facile colligitur. Theologos certè Tubingenses, cum Derendingæ versaretur, clanculum jam suggillaverat quasi in Articulo Prædestinationis in Calvinismum inclinarent. Sed cum aliquid eâ de re ad Theologos Tubingenses emanasset & ipse super eâ re compellatus esset, cepit pleraque negare, aut certè ita explicare, ut Theologi contenti essent, neque quicquam turbarum metuerent. Itaque amicè, ut amicus, à Theologis & Professoribus Tubingensibus dimissus est. vid. Osiand. l. c. p. 1092. Calumnia igitur est, quam Arnoldus (a) refert, (& quidem ut videri vult ex ipso Osiandro, qui tamen ne verbum de eo habet,) quasi Theologi Wirtembergici demum post motum certamen scripta ejus priora perquisivissent, variaque erronea dogmata inde eduxissent. Notus illis jamdum cum suâ opinione Huberus erat, sed ob explicationem ab ipso datam & amplioris spartæ collationem optima quæque ex charitate Christianâ de illo sperabant. Quare & Abel Vinarius Generalis-Superintendens Lorchen-

(M) 5

sis

(a) Hist. Hæret. P. II. p. m. 374, s. 6.

sis theses ejus à Jacobo Kimedoncio, Prof. Heidelbergensi impetitas, vindicare non dubitavit. Cumque jamdum exorta esset contentio, admonitus fuit à Theologis Wirtembergicis literis amicis & gravibus adductis rationibus, ut errores deponeret, & si forte melius sentiret, linguam & stylum corrigeret, qui de cætero protestati sunt: se nulla ex parte erroneis dogmatibus Huberi consentire. Conati ergò sunt Theol. Wirtembergici in medio certaminis ardore Huberi fortunæ consulere. Tantum abest, ut errores è scriptis ejus protrahere studuerint. Sed & illud falsum est, quod tradit Dominus Arnoldus: Huberum non obstante controversiâ jamjam fervente Doctorem creatum; disertè enim facultas Theologica Witebergensis negavit: se illi doctoratus gradum posse conferre, nisi aliter doceret. Ipse cum verò in iis angustiis hæreret, neque existimationis jacturam facere vellet, rediit ad priores illas suas artes: Ut quædam negaret, quædam commodè interpretaretur; ita admissus est ad doctoratum, quem dolis & versutiâ suâ illi laudatissimæ Academiæ suffuratus est. vid. Osiander l. c. pag. 1093. Quam inquietum insuper, quam immodestum, nec minus avarum animum statim in primordio suæ professionis ostenderit, ex literis Hunnianis præmemoratis liquet.

Itaque ab officio dimissus hinc inde vagabatur patronos sententiæ suæ quærens. Cumque paulò post restitutionem in Scholam & Ecclesiam peteret, responsum accepit ab Administratore Saxonici Electoratus, Friderico Wilhelmo, qui in Comitibus Ratisponensibus erat, ut cum Wirtembergensibus Theolo-

The
ferre
am
harc
nion
D. J
tum
que
quie
nit c
reni
The
usus
quo
etia
rios
est.
& C

S
phe
di&
gat
me
nis
cop
cip